

est, Christofor. de Paz in scholiis ad l. styli, l. 10. num. 7. Magon. Luscens. decis. 6. Golin. ubi proxime, num. 10. ubi, quod conjunctæ personæ intelliguntur, usque ad quartum gradum, ut agere sine mandato possint.

40 Atque etiam de amico, si maxima sit amicitia; Bartol in leg. non solum, §. qui alieno, num. 1. ff. de procurat. Abbas in cap. accedens: 2. num. 8. lit. A. ut lit. non contest. Menchac. dist. cap. 23. num. 7. Golin. num. 14.

41 Hippolyt. in l. 1. C. de rap. virgin. Alciat. in l. lite, §. amicos, ff. de verbor. signific. Nam vera amicitia similis est strictissimæ cognationi, Tiraquel. de pen. temp. caus. 22. Menoch. de presumpt. lib. 4. pres. 89. num. 70. cum seqq. Golin. ibidem, Hippol. sing. 35. 1. Maur. supr. dist. sect. 7. cap. 2. num. 23. fol. 384. Prosper Caravit. Ritu 160. num. 9. Alexand. in l. 1. §. lex Falcidia, ff. ad l. Falcid. Pacian. de probat. lib. 1. c. 29. n. 23. facit illud Proverbior. cap. 18. Vir amicus ad societatem magis erit, quam frater. Extat egregia Senecæ sententia Epistol. 105. qui patrem filii mortem lugentem reprehendit, inquit: Quid magis faceres, si amicum perdidisses:

Ibi: Qua ratione perpensa cum Romanus.

42 Verus ac genuinus est intellectus, quem D. Covarr. tradit hic, ad textum in cap. nonnulli 28. §. cum. autem, de rescript. ubi, re adamussim considerata, non obscure probatur, conjunctum non adinitti ad ea, quæ defirant speciale mandatum sine illo; etenim exceptum debet esse de contentis sub regula, leg. sed an ultro, 10. §. 1. ff. de negot. gest. Cyriac. controverf. 210. num. 6. Bartol. in leg. 1. in fine, ff. de regul. jur. Menoch. consil. 140. numer. 17. Sed Pontifex ab illa regula: Ut nullus sine speciali mandato ad impetrandas literas justitiæ accedat, excipit conjunctos. Igitur si non exciperentur, excipit conjunctos. Igitur si non exciperentur, excipit conjunctos. Igitur si non exciperentur, excipit conjunctos. Igitur si non exciperentur, excipit conjunctos.

44 Illius autem rigorem ita praxis temperavit, ut hodie qui bet cum generali mandato non prohibeat eas literas impetrare, sicut cum D. Covarr. testantur Navarr. in cap. si quando; precludio 1. num. 2. de rescript. Mandos. in prax. commiss. in prima forma preclud. ultim. Vant. de nullit. ex defect. jurisdict. delegat. num. 87. Et licet Croti interpretationem admitti, litera textus patitur, congrua tamen non videtur, quia verosimile non est, voluisse Legislatorem eximere conjunctos à pœna legis, & non ab ejus prohibitione, cum quoad eos illud esset constitutio, si manerent exempti à supplicio propter transgressionem, argumento leg. fin. ff. de offic. ejus: Verius itaque est, ac receptum communiter, in illo versiculo: Nisi forte, conjunctos exceptos fuisse ab illa prohibitione, atque ita posse sine mandato literas justitiæ impetrare, etiam juxta illius constitutionis rigorem, Felin. ibi. column. 16. Golin. ubi supra, part. 3. cap. 2. num. 1.

45 Objectio Decii contra interpretationem communem leg. patri pro filio 28. ff. de minorib. non obstat; quia verba Consulti rectè intellecta ipsam aperte probant: Duæ enim ibi clausulæ inferuntur circa petendam restitutionem in integrum pro conjunctis Prima ibi: Ex quo apparet, ceteros, cognatos, vel affines alterius esse conditionis. Hic ostenditur, hujusmodi personas non esse audiendas invito eo, qui læsionem est passus, quia sua non interest, sicut patris, qui de peculio tenetur. Secunda subjungitur ita: Nec aliter audiri oportere, quam si ex voluntate

adolescentis postulent. Ac si dicat Consultus, non solum admittendi non sunt cognati, adolescente vivo, ut pater; verum etiam debent habere voluntatem, id est, mandatum ad consequendam in integrum restitutionem: per quæ verba prorsus excluduntur conjuncti sine mandato; nam quando ut tales, causas aliorum agunt, non veniunt ex tacita, aut expressa ipsorum voluntate, quanquam contra voluntatem domini agere nequeant, l. Pomponius 40. §. in his autem, ff. de procurat. Golin. ubi proxime, nu. 12. Castrenf. in l. non solum, §. qui altero, ff. eod. tit. Hyppol. dist. sing. 228. nu. 2. nam si ita foret, admitterentur nomine procuratorio, si quidem procurator est, quia aliena negotia domino volente gerit, l. 1. ff. procurat. Golin. part. 1. c. 1. n. 9. Paz. in prax. dist. annot. 4. nu. 1. August. Barbof. in collect. ad rubric. C. de procurator. & sufficit tacita voluntas, seu præsumpta, l. si remunerandi 6. §. si passus, ff. mand. l. vel universorum. 12. ff. de pignor. act. l. semper 61. ff. de reg. jur. Consanguinei autem non audiuntur ut procuratores, Bald. decis. 415. Cavalcan. decis. 24. 48. Rebuf. in tract. nominat. q. 14. nu. 106. Golin. part. 3. ca. 2. nu. 38. Gratian. discep. c. 573. n. 48. Cavalcan. decis. 24. de judic. Tapat. variar. tit. 89. c. 2. vers. Quintus. Unde cum in dist. l. patri, doceamur, non esse conjunctos audiendos, nisi habeant adolescentis voluntatem, manifestè colligitur, eos sine mandato repellendos; nam quoties ita accedunt, voluntatem non habent ex dictis; cum ergo mandatum si opus, debet esse speciale prout postulatur ad petendum auxilium restitutionis; d. l. illud, 26. §. fin. ff. de minor. nam etsi consanguineo permittatur agere ea, quæ cum generali mandato expediuntur l. sed & h. 35. ff. de procur. minime tamen concessum est, ut cum generali mandato possint exequi, quæ illud speciale desiderant, quod nullo jure cautum reperitur.

Verf. Superest tamen.

Quod in c. constitutus, de in integr. restit. præcessit mandatum speciale fratris ad impetrandam in integrum restitutionem, sentiunt Mench. dist. cap. 23. nu. 11. & 12. Caldas in dist. verb. Implorandum, n. 8. vers. Non etiam obstat, quæ vera videtur interpretatio; vel dici possit, fratres res habere communes, atque ideo intererit fratris, qui comparuit, alterum quoque restitui, quo casu mandatum non desiderari, docuit Odd. d. quest. 31. art. 9. nu. 38. facit d. l. patri, perpensa ratione; cui Consultus innititur, dum de patre loquitur; & quod tradit Golin. d. part. 3. c. 2. nu. 17. ubi ex aliis probat, posse conjunctum, etiam invito domino, agere, cum sua principaliter interest.

Ad Num. 6.

Intellectus iste ad d. cap. constitutus 8. de in integr. restituit. meritò rejicitur; tum quia communis resolutio est de jure communi, non posse litis consortem sine mandato alterius agere ante litis contestationem, de quo videndi sunt Felin. in ca. cum. M. nu. 8. de constitut. Ripa ibi, a n. 52. Socin reg. 160. Bernard. Diaz. reg. 136. ubi Additio, Duen. reg. 132. Padil. in l. error. nu. 34. col. 3. C. de jur. & fact. ignor. Greg. Lop. in l. 10. gloss. 7. tit. 5. p. 3. Christoph. de Paz in l. 10. styli tit. 12. qui duo ultimi asserunt per d. l. 10. Partita, introductum esse, ut consortis litis valeat ante litem contestatam in judicio experiri sine mandato. Tum etiam, quod ad ea, quæ mandatum requirunt speciale, consortis litis non auditur sine illo: quod planè probatur in d. l. 10. Partita, ubi æquiparatur litis consortis consanguineo, sed consanguinei non admittuntur ad

expe-

expedienda, quæ speciale mandatum postulant, ut probavimus. Igitur nec consortis litis.

53 Illud autem, quod D. Covarr. in fine hujus versiculi ait, posse scilicet defendi, consanguineum simul & consortem litis admittendum sine mandato ad postulandum beneficium restitutionis; verum videtur, si à Parte non opponatur; Greg. Lop. in l. 15. gloss. 2. tit. 5. p. 3. ubi docet, quod sine speciali mandato peti potest restitutio in integrum, si defectus non objiciatur ab adversario. Ex qua doctrina rectè inferitur, quod D. Covarr. probabile dixit. Hinc alius intellectus aptatur d. cap. constitutus, ubi ideo frater sine mandato admittitur, ut conjunctus, ac consortis litis, quia Pars contraria defectum mandati non allegavit.

55 Quomodocumque autem conjunctus sine mandato agere permittatur, non potest ad id alium substituere, Joan. Garc. reg. 21. quod ante litis contestationem proceditur; nam post eam, bene alium suo nomine subrogabit; Golin. part. 3. c. 2. nu. 23. Bald. in cap. Nantius, nu. 34. de procurator. Roman. sing. 227. nu. 4. & conf. 241. nu. 10. Jaf. in l. quod quis, nu. 1. vers. Septimo fallit, C. de de procurator. Joan. de Grassis de substitut. procurat. verb. Procuratores, in tract. magn. Rota decis. 34.

56 alia 677. Ratio est, nam cum ad substituendum procurator, antequam litem contestetur, debeat habere speciale mandatum, capit. 1. §. 1. de procurat. in 6. leg. 19. tit. 5. part. 3. Vanti. de nullitat. tit. ex defectu mand. nu. 109. Paz in praxi, annot. 4. nu. 5. Petr. Barbof. in comment. ad ordinam. Reg. Lusit. lib. 3. tit. 48. §. 28. num. 2. Surd. decis. 195. nu. 9. Grass. supra verb. Cum potestate substituendi, nu. 1. Golin. part. 2. cap. 5. nu. 65. Mozz. de contractib. tit. 4. ord. 4. ver. 77. Chaffan. in consuetudin. Burgund. rubric. 4. §. 1. nu. 4. vers. Adverte quod potestas substituendi, id conjunctus facere nequit, cui non licet, quæ speciale mandatum postulant,

57 ut supra probavimus. Postquam autem procurator litem fuerit contestatus virtute generalis mandati; quia dominus litis effici dicitur, Seraphin. decis. 1118. nu. 2. Golin. part. 3. cap. 4. nu. 38. Guid. Pap. decis. 119. alium suo loco jure constituit, ex præallegatis juribus, & l. si procuratorem §. 1. ff. mand. l. neque 11. §. fin. de procurator. Gloss. in cap. ex parte Decani, verb. Mandatum, de rescript. Gall. practicar. observat. lib. 1. observat. 72. nu. 11. Menoch. de pres. lib. 2. pres. 38. nu. 1. Myfinger. observat. 43. cent. 1. Petr. Barbof. in l. cum prætor. §. 1. n. 104. cum seqq. ff. de judic. quod & conjunctus facere non prohibetur. Alexand. tamen Trentacinq. variar. resol. lib. 2. resol. 3. tit. de procurator. n. 16. sentit, posse conjunctum etiam ante litem contestatam substituere; idem videtur Speculatori, tit. de procurator. §. ratione quoque constituentis, n. 9. Jacob. in l. 1. C. de procurator.

Verf. Nonò erit.

58 Quod Prælati, Tutor, Curator, & aliæ personæ similes administrationem alieni patrimonii habentes, possunt petere sine speciali mandato in integrum restitutionem, docent Greg. Lop. in d. l. 15. tit. 5. part. 3. gloss. 2. Odd. d. quest. 38. n. 33. Mauric. cap. 27. n. 3. cum sequentibus. Menoch. conf. 936. à num. 4. Nam illis, quibus à lege administratio committitur, eam liberam habere censentur, l. Præles 12. C. de transact. Alex. Trentacinq. dist. tit. de procurator. resol. 1. per totam. Guttier. de tutel. 1. p. cap. 1. n. 15. & part. 2. cap. 6. nu. 2. Menoch. conf. 22. nu. 14. Joan. Garc. de donat. remunerat. nu. 23. Caldas in dist. l. si curatorem, verb.

Sine curatore, nu. 120. atque ideo omnia possunt peragere, quæ permittuntur illis, quibus à domino cum libera mandatum concessum est: sic propter calumniam jurare possunt, Petr. Gregor. syntagm. lib. 48. cap. 7. n. 4. Camil. Borrell. in summ. decis. tom. 1. tit. 51. de juram. calumn. nu. 24. P. Suar. de Relig. tom. 2. tractat. de jurament. lib. 2. cap. 3. n. 3. Scaccia de judic. lib. 2. cap. 1. n. 21. & 255. & alii plures apud Barbof. in collect. ad l. 2. §. 2. nu. 6. C. de jur. propter calum.

Verf. Decimò ad notandam.

Ad defendendum illum; contra quem in integrum restituitur, non est necesse speciale mandatum; Gregor. Lop. in dist. gloss. 2. Barbof. in collect. ad dist. l. unie. nu. 3. C. etiam per procurat. qui Sforciam Oddum refert: Golin. p. 2. cap. 5. n. 22. in fine, Mozz. supra, tit. de mandat. vers. Venio ad quartum, à nu. 12. ad 23.

AD CAPUT VII.

De hypotheca cum pralatione, quæ uxori pro dote competit.

SUMMARIUM.

- 1 Qui de dote, ejusque privilegiis differuerunt.
- 2 Mulier habet tacitam hypothecam in bonis mariti pro dote.
- 3 Etiam si matrimonium verum non sit, modo mulieris bona fide fuerit contractum.
- 4 In matrimonio putativo mulier agit ad dotem conditione sine causa cum hypotheca.
- 5 Sponsa de futuro gaudet hypotheca pro eo, quod in dotem futuram præstitit.
- 6 Mulier habet hypothecam pro dote in bonis socii.
- 7 Et in bonis fidejussorum mariti.
- 8 Quando permissum est, fidejussores pro dotibus à marito accipere.
- 9 Bona minoris immobilia sine decreto hypotheca dotali subjiciuntur.
- 10 Non prodest viro protestatio, quod non vult bona sua pro dote obligare.
- 11 Pactum, quo mulier hypothecæ dotali renunciat, est nullum.
- 12 Quid si firmetur juramento.
- 13 Hæretica non habet hypothecam pro dote.
- 14 Quid de Hebræa muliere.
- 15 A quo tempore incipiat pro dote tacita hypotheca.
- 16 Hypotheca jus transit in quemcumque mulieris successorem.
- 17 Viro competit hypotheca pro dote promissa tam in bonis uxoris, quam alterius promissoris.
- 18 Non habet pralationis privilegium.
- 19 Protestatio non liberat ab hujusmodi hypotheca promissorem, nisi maritus consentiat.
- 20 Pro bonis paraphernalibus competit tacita hypotheca sine pralatione.
- 21 Hujusmodi hypotheca tacita extinguitur per expressam.
- 22 Bona paraphernalia quæ sunt.
- 23 Pro donatione propter nuptias datur tacita hypotheca sine pralatione.
- 24 Quando mulieri concedatur privilegium pralationis pro donatione propter nuptias.
- 25 Pro augmento dotis mulier gaudet hypotheca cum pralatione.
- 26 Quando vir auget dotem, augmentum habet hypothecam sine pralatione.

- 27 Hypotheca pro dotis augmento incipit, à quo illud promissum, vel traditum est.
- 28 Mulieri datur hypotheca pro alimentis sibi debitis, constante matrimonio à die dotis constituta.
- 29 Item pro alimentis præstandis intra annum à morte viri, dum dos non restituatur.
- 30 An propter expressam hypothecam non competat tacita dotalis?
- 31 Mulier præfertur anterioribus creditoribus viri tacita hypotheca munitis, nisi pariter fuerint privilegiati.
- 32 Dos legata nullis defuncti creditoribus antefertur, imò omnibus postponitur.
- 33 Legata, quantumcumque privilegiata, nisi omnino aliene persoluta, non debentur.
- 34 Sponsa de futuro adinstar uxoris præfertur anterioribus creditoribus.
- 35 Expressa hypotheca mulieri non tollit jus prælationis, licet tacita cesset.
- 36 Privilegium prælationis non transit, nisi ad descendentes ex eo matrimonio, ad quod dos datur.
- 37 Cessionarius mulieris prælatione pro dote gaudet, quando habet regressum contra mulierem.
- 38 Mulier non præfertur anterioribus viri creditoribus cum expressa hypotheca.
- 39 Proccedit etiam quoad bona quesita post dotem constitutam, & traditam.
- 40 Mulier præfertur omnibus creditoribus pro rebus dotalibus, si extant, etsi æstimata data fuerint.
- 41 Idem de dote putativa dicendum est.
- 42 Hypotheca tacita mulieris expresse posteriori præfertur.
- 43 Hypotheca tacita regulariter posteriore expressa potior habetur.
- 44 Mulier cum expressa hypotheca non præfertur prioribus creditoribus similem habentibus.
- 45 Limitatur, quando res dotalis, etiam æstimata, extant in viri bonis.
- 46 Mutuus ad certam rem emendam cum expressa hypotheca, præfertur in ea anterioribus creditoribus simili munitis.
- 47 Quid si dos anterior cum creditore sic mutuante concurrat.
- 48 Mutuus in casu præmissi præfertur dote posteriori.
- 49 Mutuus ad rei emptionem, an eam habeat tacite obligatam?
- 50 Assertiva sententia defenditur.
- 51 Explicatur l. quamvis 17. ff. de pignorib.
- 52 Respondetur ad l. licet 7. C. qui potiores.
- 53 Vendens habita fide de pretio, hypotheca in re vendita non gaudet.
- 54 Mutuus ad emptionem rei cum usuris nullam obtinet hypothecam.
- 55 Mutuus cum usuris non habet privilegiū d. l. licet.
- 56 Deponens, qui ex deposita pecunia recipit usuram, amittit privilegium actionis depositi.
- 57 Regula l. de accessionibus, ff. de divers. & temp. præscript. frequenter in hypothecis fallit.
- 58 Nec procedit, ubi datur diversa vincendi ratio.
- 59 Mulier pro dote, & mutuus ad restitutionem rei in ipsa, qui prior est tempore, potior est jure.
- 60 Dos confessata an gaudeat dotalibus privilegiis? qui tractant.
- 61 Confessio dotis receptæ, matrimonio constante, an donationis causa facta præsumatur?
- 62 Defenditur opinio assertiva.
- 63 Inter personas conjunctas præsumuntur donationes fraudulentæ.
- 64 Qui donat propriæ conjugi, non delinquit.
- 65 Donatio inter virum, & uxorem, juramento firmatur.
- 66 Juramentum vinculum iniquitatis non est.
- 67 Donatio ob conjugalem affectionem præsumitur.
- 68 Explicatur titulus, C. de dot. caut. non numer.
- 69 Respondetur juribus contra adultus.
- 70 In dubio præsumendum est, altum exerceri licitum, & non veritum.
- 71 Una præsumptio alia fortiori tollitur.
- 72 Fœminarum genus avarissimum.
- 73 Donatio non præsumitur nisi inter personas conjunctas, ut conjuges.
- 74 Donatio inter virum, & uxorem, cur prohibeatur?
- 75 Dos confessata non gaudet privilegio dotis numeratæ.
- 76 Dos confessata non est propriè dos.
- 77 Confessio dotis receptæ, facta donationis causa, potest à marito tacite, vel expresse revocari.
- 78 Indiget insinuatione, & regulis omnibus donationis subjicitur.
- 79 Jus opponendi, quod confessio viri fuit donationis causa, durat post tempora exceptionis dotis non solutæ.
- 80 Confessio donationis causa emissa utrum firmetur juramento? refertur Negativa.
- 81 Actus simulatus non firmatur juramento.
- 82 Traditur sententia, quæ affirmat, confessionem juramento firmari.
- 83 Vera sententia distinguens explicatur.
- 84 Simulatio sine fraude esse non potest.
- 85 Confessio emissa matrimonio constante, facta præsumitur donandi animo, licet maritus exceptioni dotis non solutæ renunciaret.
- 86 Præsumpta donatio inter conjuges ex confessione dotis receptæ firmatur juramento.
- 87 Qui vult antecedens, vult & consequens, quod ex illo sequitur necessariò.
- 88 Due specialitates quando circa eandem rem possunt concurrere.
- 89 Intra quæ tempora exceptio dotis non numeratæ potest opponi.
- 90 Post lapsum temporis ad opponendam dotis non traditæ exceptionem, confessata dos præsumitur numerata, & gaudet privilegio veræ dotis.
- 91 Maritus, qui in confessione renunciavit exceptioni dotis non traditæ, an eam possit objicere?
- 92 Quid si cum juramento renunciatur.
- 93 Quid jure Regio.
- 94 Quid jure Lusitano.
- 95 Maritus, vel ejus successor, etiam post præteritum tempus ad opponendum exceptionem dotis non traditæ, admittitur ad probandum, dotem non fuisse solutam.
- 96 Maritus jurans, dotem recepisse, non potest opponere de dote non tradita.
- 97 Jurans pecuniam recepisse, non juratur exceptione non numeratæ pecunie.
- 98 Quid si in se assumat omnis probationis.
- 99 Maritus, qui juravit, se dotem restitutum, potest uti exceptione dotis non solutæ.
- 100 Promittens cum juramento non opponere exceptionem dotis non traditæ, eam nequit proponere.
- 101 Confessio dotis receptæ facta quocumque tempore probat numerationem, si præcessit promissio.
- 102 Debet consistere de promissione per instrumentum distinctum ab eo, in quo fit confessio.
- 103 Geminata confessio non excludit exceptionem dotis non solutæ.
- 104 Conciliatio in l. contractibus, §. sed quoniam, C. de non num. pec. cum l. fin. C. de dot. caut. remissivè.
- 105 Si ultra confessionem concurrant conjecturæ, dos confessata pro numerata habetur.
- 106 Exhibitio diuina alimenterum an sit conjectura, quod dos fuit numerata?
- 107 Singula quæ non prosunt, multa collecta juvant.
- 108 Accedente uno teste de traditione deponente, confessio viri probat dotis solutionem.

- 109 Confessio emissa in favorem Tertij probat numerationem dotis.
- 110 Utrum eo casu locus sit exceptioni dotis non traditæ?
- 111 Confessio dotis receptæ facta virtute cessionis mulieris de eo, quod sibi debebatur, pro numeratione est, & an vir retrocedendo actionem liberetur?
- 112 Creditores, qui contraxere cum viro post promissionem, & ante traditionem dotis, utrum mulieri præferantur?
- 113 Confessio receptæ dotis ante matrimonium, donationis gratia facta non præsumitur.
- 114 Idem est, si tempore contractus, vel postea ante matrimonium consummatum fiat.
- 115 Quando confessio dotis recepta noceat viri creditoribus? remissivè.
- 116 Exceptio dotis non numeratæ potest per creditores viri opponi, quoad ipsi licet.
- 117 Non potest opponi per creditores post tempora præscripta, nisi propter ignorantiam restituantur.
- 118 An renunciatio exceptionis dotis non traditæ noceat mariti creditoribus?
- 119 Ex ea renunciatio oritur præsumptio donationis.
- 120 Utrum inter creditores, qui confessione mariti nituntur, dos confessata sit privilegiata? remissivè.
- 121 Quando non urget præsumptio donationis, aut fraudis adversus mariti confessionem, mulier pro dote confessata præfertur futuris creditoribus.
- 122 Mulier habet tacitam hypothecam pro dote confessata, cessante donationis, aut fraudis suspitione.
- 123 Præfertur omnibus chirographariis creditoribus.
- 124 Creditores hypothecarij potiores sunt chirographariis anterioribus.
- 125 Licet mariti creditoribus objicere exceptionem dotis non traditæ, licet confessio fuerit ante matrimonium emissa.
- 126 Mulier quoties nequit quantitatem dotis habere ex bonis viri, revertitur ad res, quas dedit in dotem, etiam æstimatas, in quibus omnibus creditoribus anteponitur.
- 127 Eas aufert tertio possessori, etsi alienationi ipsa consenserit.

AD intelligentiam eorum, quæ præsens caput complectitur, maxime, ultra alios infra referendos, oportet videre Merl. de pignor. libr. 3. tit. 2. q. 5. & q. 23. & tit. 2. per totum, Guttieri. de juram. confirmat. part. 1. cap. 46. Ant. Gom. in l. 50. Taur. à nu. 37. Ceval. tom. 1. q. 744. Marefcot. variar. lib. 2. cap. 117. nu. 10. cum sequentibus, Novell. in tract. de dot. part. 6. à nu. 1. Mynsing. cent. 3. observ. 3. vers. Primum, Negufant. de pignor. part. 2. memb. 4. per totum, Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 11. tit. 19. à principio, Castill. controv. lib. 3. cap. 4. Greg. Lop. in l. 17. gloss. 2. 3. tit. 11. part. 4. Petr. Barbof. in l. 1. part. 6. ff. solut. matr. Carleval. de judic. tom. 2. tit. 3. disp. 28. Cancer. variar. part. 1. cap. 9. à princip. Pat. Molin. de just. & jur. disp. 438. Alexandr. Trentacinq. variar. lib. 3. tit. de pignor. resol. 9. per totam.

Ad Num. 1.

Mulier competit tacita hypotheca in bonis mariti pro sua dote recuperanda, l. 22. tit. 13. p. 5. docent Petr. Gregor. syntagmat. jur. libr. 9. cap. 24. n. 2. Camil. Borell. in summ. decis. part. 3. tit. 5. n. 422. Bald. in l. unica, §. & ut plenius, n. 3. C. de rei uxor. action. ubi Alexandr. in princip. Alberic. n. 11. vers. Dic tamen, Petr. Barbof. in l. 1. part. 3. nu. 27. vers. Tertio, Flor. de Men. variar. lib. 1. q. 6. art. 3. nu. 3. Bolannos in commerc. terref. lib. 2. cap. 3. nu. 26. Castill. n. 1. Molin. disp. 423. n. 6. Fachin. controv. lib. 12. cap. 33. Sued. de aliment. tit. 8.

privil. 50. nu. 3. Rota apud Burat. decis. 844. nu. 2. in rec. latè Merlin. dict. tit. 2. q. 43. Cancer. n. 1. Trentac. n. 1. Idem in matrimonio putativo bona fide mulieris celebrato, Gloss. in l. fin. verb. Licet anterioris, ad finem, C. qui potior. Gloss. in l. si cum dote 23. §. fin. verb. Actionem ff. sol. matrim. Molin. dict. disp. 438. n. 2. Trentacinq. nu. 24. Negufant. nu. 104. Roland. à Valle de lucr. dot. q. 97. nu. 2. Bart. in l. si cum dote, §. fin. ff. sol. matrim. Ant. Gom. n. 56. Barbof. in collect. ad l. si ignorans 3. n. 2. C. sol. matrim. Mellin. cum pluribus q. 69. & est communis, etsi dissentiant aliqui. Quo casu mulier non agit actione de dote, sed conditione sine causa, cum illius privilegio, l. 1. C. de condit. ob caus. Ant. Gom. n. 55. Bart. in l. fin. ff. de condit. sine causa, D. Covarr. de matrim. part. 2. c. 6. §. 8. n. 39. Similiter sponsa de futuro, si aliquid in dotem dederit, pro ejus repetitione agit hypothecaria, facit l. 2. §. fin. ff. de privil. credit. latè Merlin. dict. tit. 2. q. 70. Mantic. sup. dict. tit. 19. n. 22. 23. Valle, q. 106. n. 14. Angel. & Alberic. in d. l. 2. §. fin. etsi contrarium teneant Trentacinq. n. 21. vers. Secunda est opinio, cum aliis, Molin. n. 3. Cancer. n. 5. estque magis communis, quæ omnino placet, cum mulier impedimento fuerit, quo minus nuptiæ subsequantur.

Eandem hypothecam obtinet mulier in bonis fœderi, cum ille dotem accipit, vel filio accipienti consensit, Menoch. conf. 33. nu. 20. Merlin. q. 48. Guttieri. n. 3. 4. Trentac. n. 30. Nec non in bonis fidejussorum: nam quamvis veritum sit, eos à maritis pro dotium restitutione dari, l. 1. C. de fidejussor. vel mand. dot. nonnunquam tamen id permittitur, ut post solum conjugium, aut si vir vergat ad inopiam, vel in aliis casibus, c. per vestras 7. de donat. inter. Merlin. q. 53. Ant. Gom. n. 26. & 37. vers. Item etiam, Fachin. controv. lib. 3. c. 18. Fontanel. de pact. nuptial. claus. 12. gloss. unic. Amatus tom. 2. resol. 91. D. Larrea. lib. 8. selectar. cap. fin. Guttieri. dict. part. 1. cap. 21. Ceval. 1. tom. q. 258. Molin. de just. & jur. tom. 2. disp. 425. n. 1. 2. & d. disp. 438. n. 2. Contrahitur præfata hypotheca in bonis etiam immobilibus mariti minoris 25. annis sine decreto, aut alia solemnitate aliis requisita in alienatione, aut hypotheca rerum earum, Anton. Gom. dict. n. 37. Molin. disp. 438. n. 2. Merlin. qui latè disputat, q. 83. Ant. de Fano de pignorib. part. 2. memb. 4. n. 73. Novell. p. 6. privileg. 58. Palac. Rub. in cap. per vestras, in rubric §. 26. à n. 1. Ceval. commun. tom. 1. q. 132. Greg. Lop. l. 23. gloss. 2. Neque prodest viro, si proferetur, se nolle sua bona pro dote obligari, Mantic. dict. tit. 19. n. 4. Merlin. q. 43. n. 17. & pactum, per quod mulier huic hypothecæ renunciaverit, etiam tempore dotis constituendæ, non subsistit, Greg. Lop. in dict. l. 23. gloss. 2. Negufant. d. memb. 4. n. 8. Fontanel. ubi proximè, claus. 7. gloss. 2. p. 1. n. 9. Palac. Rubios in dict. cap. per vestras, §. 14. n. 3. in 3. notab. Merl. d. q. 43. n. 19. Guttieri. in d. cap. 46. n. 11. cum seqq. ubi nu. 13. docet talem renunciationem juramento firmatam valete: quod & antea tenebat Bald. in l. etiam, n. 2. ad. Vallejan. Contra sensisse Rotam apud Bura. dec. 831. n. 1. refert Merl. qui in eadem refidet sententia dict. q. 43. n. 18. quoniam mulier nequit facere deteriorem causam dotis suæ, quam publicè interest conservari, l. 2. ff. de jur. dot. Cyriac. pluribus laudatis tom. 2. controv. 295. nu. 40. De quo tamen vide Mol. d. disp. 438. in fin. per l. jubemus C. ad Vallejanum. Pet. Barbof. in d. l. 1. p. 5. n. 99. in principio, quod procedere poterit, nisi maritus solvendo non sit tempore renunciationis, quia nullo modo tenebit renunciatio.

Hoc privilegium tacitæ hypothecæ mulieri hæreticæ non indulgetur; autem. item privilegium, C.